

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

nobis aliter Evangelizaret, anathema diceretur à nobis *Tertul. l. de Præscrips. adv. hæret. c. 6. T. 3. p. 390. F.*

Ich kan doch mit Vernunft nicht fassen
 noch verstehen
 Wie das Wort worden Fleisch. Drum wil
 ich weiter gehen
 Und hören wie die Schrift mir dieses
 recht erklärt /
 Die ist das Lebens Wort / und zwies
 geschärfftes Schwerdt.

IN DIE VIRIDIUM.

E verbis institutionis cœnæ Dominica
 literis consignatis, à tribus fide dignissimis Spi-
 ritus Sancti cancellariis, videlicet Matth. XXV.
 26. 27. 28. Marc. XIV. 22. 24. Luc. XXII. 19. 20.

*O sacram cœnam, quâ nos sub pane cibamur
 Corpore, sub vino sanguine Christe! tuò.*

ORACULUM SACRUM XXIII.

1. Cor. X. 15. 16.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁς Θεῶν τοῦ σώματος ἐσθίετε ὑμεῖς ὁ Θεὸς

ὁ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογῶμεν, ἔχει κοι-
 νία τὰ αἵματ' ὅ τε χρεῖσ' ἐστὶ. Τὸν ἄρτον ὃν
 λαβόμεν ἔχει κοινωνία τὰ σώματ' ὅ τε χρεῖσ' ἔ-
 σται.

Versio vulgata.

Ut prudentibus loquor, vos ipsi ju-
 dicare quod dico. Calix benedictionis,
 cui benedicimus, nonne communicatio
 angvinis Christi est? Et panis, quem
 rangimus, nonne participatio corporis
 Christi est?

Versio B. LUTHERI.

Als mit den Klugen rede ich/ rich-
 tet ihr was ich sage. Der gesegnete
 Kelch/ welchen wir segnen/ ist der nicht
 die Gemeinschaft des Bluts Christi?
 Das Brod/ daß wir brechen/ ist das
 nicht die Gemeinschaft des Leibes
 Christi?

N O T A E.

I. Per *κοινωνία* h.l. non intelligitur *κοι-
 νία* spiritualis, quæ est inter animam fidelem



& Christum, de qua unione loquitur idem Apostolus Ephes. III. 17. Non enim dicit, Spiritus aut fides est communicatio corporis aut beneficiorum Christi; sed *coniunctio* Sacramentalis, quae inter panem & corpus est inter vinum & sanguinem Christi. Ita enim Apostolus inquit: Panis quem frangimus nonne participatio corporis Christi est? Calix cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est. Hinc ita colligimus: Si panis benedictus est *coniunctio* corporis Christi: & calix benedictus est *coniunctio* sanguinis Christi, utique corpus & sanguis Christi non possunt à symbolis abesse, sed praesentissime adsint, oportet.

Connexionem probamus: quia communicatio vera ac realis infert realem eorum praesentiam, quae communicantur. At verum primum vi effati Apostolici. E. & posterius. Quod notandum, contra Socinianos & Calvinianos, Sacramentalem unionem panis Eucharistici cum corpore Christi, & vini benedicti cum sanguine Christi, negantes. Vide Smalcium contra Franca p. 333. Socinum Tract. de usu & fine cenae Dominicae p. 104. Catechismus Rakoviensis minor p. 51. locum praesentem ita interpretatur: Qui calici benedicunt h. e. ejus participes fiunt, & nomen Domini devotè laudant, similiter, qui panem

panem unâ frangunt publicè testantur, quod participes corporis & sanguinis Christi, h. e. omnium honorum, quæ Christus per suam mortem acquisivit, sicut paulò post de Israelitis dicit, qui de immolatis ederant, quòd participes sint altaris, h. e. omnium eorum, quæ in illo cultu promissarant. Hæc ille. Imprimis verò impium blasphemum & inegòdum est, quòd Beza scribit: *De Re Sacramentaria abesse corpus & sanguinem Christi à signis tantò intervallò, quanto abest verba ab altissimo cælo.* Item: *Sicut scimus, signa esse in terris & non alibi: Ita statüimus, rem ipsam esse Christum secundum carnem cælis & non aliò cò contineri, in quæst. & Colloq. Possiac. Cleumic. in sua victoria.*

Horum vestigia premunt REMONSTRANTES, qui non solum Eucharistiam meram tantam commemorationem mortis Christi faciunt, ut patet ex Armin. Confess. cap. XXIII. & a. 4. verum etiam Sacramentalem unionem panis Eucharistici cum corpore Christi, & vini benedicti cum sanguine Christi penitus inficiuntur. Vid. Apol. Remonstrant. f. 250. & 254.

II. Si autem panis est communicatio corporis Christi, sequitur, quòd qui accipit panem fractum in cœna, simul accipiat corpus Christi.

At qui impii etiam accipiunt panem fractum.

O 2 H. etiam

E. etiam 'impii' accipiunt corpus Christi seu participes illius fiunt. Verum non fide, hanc enim non habent. E. ore. Nam Paulus heic agit de pane, qui etiam indignis distribuitur. Confer i. Cor. XI. 27. & hæc nota contra eosdem adversarios, & nominatim.

1. contra Socinum, qui de usu & sine cene p. b. oralem manducationem corporis, & bibitionem sanguinis Christi, rem vocat per se horribilam & nefariam, planè & monstrosam, nihil etiam profuturam.

2. Contra Smalcium, qui contra Franz. p. 330. criminatur nihil, turpius dici unquam potuisse, quàm homines etiam impios participare corpus & sanguinem Christi.

3. Contra Wendelinum, qui nostram sententiam de orali manducatione, monstrosam & infelix dogma adpellare non erubescit. Vid. Christian. Theol. lib. i. cap. XXIII. Thes. 17.

III. Apostolus heic disertè adserit, panem Eucharisticum esse *κοινωνίαν* corporis Christi & calicem benedictum esse *κοινωνίαν* sanguinis Christi, & nobis tale suppeditat argumentum.

Si officium panis Eucharistici non est representare & adumbrare mortem Christi, sed esse *κοινωνίαν* medium exhibendi atq; communicandi corpus Christi utiq; fractio panis Eucharistici

Charistifici in N. T. non erit necessaria. Nam
 non representationes necessariae fuerunt in V. non
 in P. vero in N. Testamento. Ibi fuit tempus ad-
 umbrationis & representationis, non verò heic,
 contra modo nominatos Socinianos & Calvinia-
 nos ἀπειραστία in sacra cena necessariam sta-
 tuentes. Hinc Smalcus refut. disput. XII.
 Franz. p. 335, ita diserit: *Stat igitur firmum*
fractionem panis necessario in legitima cena Do-
mini celebratione requiri. Et p. 348. ipsam, in-
quit, fractionem & infusionem quid obstat obser-
vari siquidem id Christus præcepit. Wendelinus
 ib. 1. Christ. Theol. cap. XXIII. thes. 14. fractio-
 nem panis in administratione cænæ Domini-
 cæ esse necessariam, statuit, & hanc sententiam
 quatuor argumentis statuminae adlaborat.
 Nec est quod Schlichtingius & alii excipiant:
 fractionem esse perpetuum epitheton panis.
 Sapius enim solum panis commemoratur. Frangi
 autem dicitur, vel quod nonnulli volunt ratione
 distributionis ut Gen. XLII. 3. Esa. LIX. 7. vel
 ratione ritus illius, quem tunc observatum esse,
 non negamus, at præcise necessariam esse frac-
 tionem, non negamus. Vide Tom. 3. Giesen.
 disput. 8. analogiæ Sacramentariæ & panifrac-
 tio adumbrativo oppositam, & confer, si volu-
 eris, quæ notavi part. I. in Enuel. dicti 1. Cor. XI.
 5. & 26.

O 3

IV. Qvia

IV. Quia Piscator, Bucanus, Anatomia Marpurgensis, M. Goclenius & hodiè omnes Sacramentarii, Metonymiam signi propugnant, eis non immerito sequentem opponimus Syllogismum:

Quæcumq; interpretatio contrariatur D. Paulo, illa est rejicienda.

At Metonymica expositio, quâ statuitur, panem esse signum corporis Christi, contrariatur D. Paulo. Hic enim non dicit panem esse signum, sed veram & realem *novamque* corporis Christi.

Ei hæc Metonymica expositio, est rejicienda.

Nec est quod i. Bergius in Epimetro profert *à utroq;* ad Minorem ita excipiat: *Panis non est signum corporis ore manducati vel manducandi, sed pro nobis traditi, absentis, quidem, quoad locum, presentia corpore & substantie naturalis essentiali, at presentissimi, quoad virtutem & efficaciam.* Nam panis nullo modo est signum neq; corporis manducandi, neq; corporis Christi traditi, sed est medium communicandi corpus Christi. Id quod ipse Edmundus Albertinus Calviniana *in eodem* *hæc* hyperaspistes factetur, dum lib. 1. de Sacram. Eucharist. cap. XII p. 75. ita scribit: In Apostoli loco designatur

AD VI

non quæ sit panis naturalis natura, sed quæ sit
 jus efficiencia, nimirum, ut nobis sit corporis
 Christi communicativus. Præterea absurdum
 est dicere Christi corpus abesse à sacra cæna,
 quoad substantiam, esse verò præsentissimum,
 quoad virtutem & *efficaciam*. Nam ubi præsens
 est efficacia corporis Christi, ibi adsit ipsum
 Christi corpus, oportet. Deniq; hæc virtus
 ut erit finita aut infinita. Si finita quomodo
 in innumeris locis virtus illa finita sese po-
 test exercere. Si verò hæc virtus infinita, se-
 quitur, quòd Christo secundum humanam na-
 turam communicata sit virtus infinita, quod
 egant adversarii.

Nec est quod 2. Beza Vol. 3. f. 359. obvertat
 in panis est communicatio corporis Christi, utiq;
 non erit ipsum corpus Christi. Nam omnino
 distingvendum est inter esse *συνάδες* & *μυσ-
 τικῶδες*. Panis est corpus Christi non *συνάδες*
 essentialiter, neq; naturaliter, sed *μυστικῶς* seu
 sacramentaliter, h. e. medium & organum, quò
 nobis non figurativè, analogicè aut repræsen-
 tativè, sed verè & propriè exhibetur corpus
 Christi. Præterea non sunt propositiones
 eorundem: Hoc est corpus meum. Et
 panis Eucharisticus est corpus Christi. Illa
 enim est Christi, hæc Ecclesiæ.

O 4 V. Ne-

V. Notandum igitur, quod ipse Apostolus non obscure indicet, diversitatem propositionum: Panis est corpus, & hoc est corpus. Quando enim mutat subjectum, & panem, loco demonstrativi ponit, ipsum simul prædicatum mutat. Panis, inquam, est *novavia* corporis Christi, non verò est corpus Christi. Interim utraq; propositio realem corporis Christi SUB, CUM & IN Pane præsentiam, diversò tamen modò, subindicat, *contra eodẽm*.

VI. Ut autem hæc *novavia* Sacramentalis eò melius intelligatur, B. Lutherus & alii Augustinæ Confessioni addicti Theologi usi sunt aliis phrasibus ut, IN pane, SUB pane CUM pane corpus Christi adesse & exhiberi. Quas particulas modo nominati Theologi non primum excogitarunt, siquidem etiam à Chrysostomo, Cyrillo, Epiphanio, Augustino, & aliis in hoc articulo de sacra cæna adhibita fuerunt.

VII. Hæ autem particulae non inferunt localem inclusionem vel transsubstantiationem, sed tantum unionem Sacramentalem expriment. Non enim dicit Apostolus, panem & vinum in corpus & sanguinem Christi transsubstantiari, sed disertè docet etiam in usu cænae Dominicæ, elementa panis & vini manere, ac sub hisce corpus & sanguinem.

Christi

Christi verè exhiberi & distribui, contra Pontificios, qui vi quing. verborum consecrationis panem & vinum in corpus & sanguinem Christi essentiali quadam mutatione converti, velut barbari isti gannunt, transubstantiari fingunt, ita ut annihilatà elementorum substantià, sola accidentia maneat residua, qui error valdè crassus est, non solum loco præsentis, sed etiam saniori philosophiæ repugnans. Nam accidentia nulla esse possunt, ubi non est subiectum; in quo recepta subsistunt: in se enim nullam habent materiam. Vide Concil. Trident. sess. 3. can. 3. & sess. 13. can. 2.

VIII. Casus quartus h. l. ponitur pro casu primo, τὸ ἀέριον κλάμουν, pro ἀέριον panis quem frangimus. Nam relativum pronomen, quandoq; antecodens in suum casum pertrahit, & id sibi subiectum habet. Exempla vide apud Clarissimum Dn. D. Glasium b. m. lib. III. Philol. sacre Tract. 2. p. 209. marginali.

Et tantum etiam de hoc sacro oraculo. Audiamus nunc veteris Ecclesiæ Doctores, qui non solum veram & realem corporis & sanguinis Christi in sacra cæna præsentiam credunt, verum etiam oralem manducationem prædicant docent & statuunt.

E. multis hic Chrysostrum, Augustinum

& Hefychium, ad quos adversarii frustra provocant, adduxisse sufficiat, nam parte prima, in enucl. dicti, 1. Cor. XI. 25. 26. Anselmi & Cyrilli Hierosolymitani testimonia adduxi.

Quod Christus fecit, ut majori nos charitate adstringeret, & ut suum in nos ostenderet desiderium, non se tantum videri permit- tens, sed tangi & manducari, & dentes carni suæ insigi, & desiderio suo omnes impleri. Pa- rentes saepenumero alios liberos suos alendos dederunt. Ego autem meâ carne alo, me hec exhibeo. *Chrysostrmus hom. XLV. in Job.*

Si hominis vestem nemo temerè attinge- ret, quo pacto omnium Domini corpus purum & immaculatum, quod divina illius naturæ particeps est, propter quod & sumus & vivimus, propter quod inferorum portæ fractæ sunt, & coelorum aperta, tanta cum ignominia accipiemus. Nolimus, obsecro, nolimus impru- dentes nos ipsos interimere, sed cum honore & munditia omni ad DEUM accedamus, & quando ID. (corpus) PROPOSITUM videris, dic tecum: Propter hoc corpus non amplius terra & cinis ego sum, non amplius captivus, sed liber. Et paucis interjectis: Quanto enim majus beneficium accipimus, tantò magis pu- niemur, quando eò indigni apparebimus.

HOC

HOEC CORPUS in præsepi reveriti sunt Magi,
& viri impii & barbari. longò itinere confectò
cum timore & tremore plurimo adoraverunt,
Idem. hom. XXIV. in Epist. I. ad Corinth.

O quot modis dicunt, vellem formam
& speciem ejus, vellem vestimenta ipsa, vellem
calceamenta videre. Ipsum igitur tangis,
ipsum comedis, Vestimenta ejus desideras vi-
dere. Ipse verò seipsum tibi tradidit, non ut
videas solum, verum etiam ut tangas & in te
habeas, *Idem. hom. LXXXIII. in Matth.*

Habet magnam vocem Christi sanguis in
terra, quum eo accepto ab omnibus gentibus
respondetur, Amen. Hæc est clara vox san-
guinis, quam SANGVIS ipse exprimit EX O-
RE fidelium eodem sanguine redemptorum *Au-
gustinus lib. XII. contr. Faust. Manich. c. X.*

Unde Christo in cruce passò velum templi
conscissum est, ut per Christi passionem reve-
larentur secreta Sacramentorum, fidelibus ad-
BIBENDUM ejus sanguinem ORE aperto in
confessione transeuntibus, *Idem. eodem libro
cap. XI.*

Placuit Spiritui Sancto, ut in honorem
tantæ Sacramenti IN OS Christiani prius Do-
minicum corpus intraret, quam ceteri cibi
Idem Epist. CXIIX. quæ est ad Januar. c. 6.

Sicut

Sicut Mediatorem DEi & hominum, hominem Christum IESUM, carnem suam nobis manducandâ, bibendumq; sanguinem tantem FIDELI CORDE & ORE SUSCIPIMUS, quamvis horribilius videatur, humanam carnem manducare, quam perimere, & humanum sanguinem potare, quam fundere, *Idem l. II. contra adversar. leg. & Prophet. c. IX.*

Unum si Hesychie locum adhuc addidero, finis erit.

Ad corpus Christi, in quo omnis sanctificatio (in ipso enim omnis plenitudo divinitatis inhabitat) non sine subtili nostri dijudicatione accedamus reminiscentes ejus, qui dixit: Quicumq; comederit panem, & biberit poculum Domini indignè, REUS ERIT CORPORIS & SANGVINIS Domini, *Hesychieus in Levitic. lib. 6. cap. 26.*

O welch' ein grosses Noht! Do Christus
selbst uns speiset
Mit seinem Leib und Blue! und seine Güte
erweiset!

Wer isset würdiglich von diesem Lebens-Brod/
Der lebet immerdar, und scheuet keine
Noht.

IN

IN DIE SEPULTURÆ

CHRISTI.

E. Marth. c. XXVII. 6. Marc. XV. 46.

Luc. XXII. 53. Joh. XIX. 41

Quando tuum corpus regitur, pie Christe! sepulcrè
Tunc simul in tumulo crimina nostra regis.

ORACULUM SACRUM. XXIV.

Esa. LIII. 9.

TEXTUS EBREÛS SACER.

וַיִּתֵּן אֹתוֹ — וְשָׁעִים קָבְרוּ

וְאֶת — עֵשׂוֹר בְּמַתְיוֹ עַל לֵא הָמָס

עָשָׂה וְלֹא מָרְמָה נַפְיוֹ:

Versio vulgata.

Et dabitur cum impiis sepultura
ejus, & cum divitibus in morte ejus:
Quamvis iniquitatem non fecerit, neq;
dolus fuerit in ore ejus.

Versio B. LUTHERI.

Und Er ist begraben wie die Gott-
losen/ und gestorben wie ein Reicher/
wie